

curie debitorum.

216

[12.] et si forte naves curie nostre in ipsis portibus ~~exi-~~  
stentes "predicti notarius Mathews et socius non habuerint pro-  
curare, eas cum affinis correctis et garnimentis earum om-  
nibus, a quibuscunque procurentur, recipiatis, et de receptione  
ipsarum secundum predictam formam fiant III & scripta  
simplicia consimilia, quorum unum remaneat apud illos  
qui eas procurare habebant, et de reliquis hinc fiat, sicut  
superius est expressum.

[13.] volumus preterea et mandamus, ut inconti-  
nenti scire studeatis totam quantitatem biscotti curie nostre,  
quod est in singulis terris et locis ipsarum parcium, et si  
biscotum ipsum bonum est et utile pro panatica vassel-  
lorum, et quantitatem ipsam biscotti, ubicunque et  
per quoscunque servetur, et quantum in quolibet terra  
vel loco, cum nominibus et cognominibus servantrum  
ipsorum incontinenti et sine mora faciat et notis et pre-  
dictis magistris rationabiliter significare curetis, ut  
quantitate ipsa <sup>congrua</sup> ~~congrua~~, si maior quantitas biscotti  
pro panatica vassellorum nostrorum fuerit oportuna,  
de facienda eadem ante tempus providere et mandare  
possimus, et nostre beneplacitum voluntatis, ut in  
principio passagii mensis marci proximo futuri  
biscotum in quantitate, quam necessariam et opor-  
tunam viderimus pro panatica vassellorum nostro-  
rum ipsarum parcium, sicut ad omne dampnum et in-  
commodum et interesse, quod inde nostre curie eveniret  
teneri non vultis et alias indignationem nostri culmi  
8 in p. existentem